

1693

P O L E M I C I

1694

cas XLIX. ejus vero loco adtexta est primum Institutio quaedam: *Quomodo sit orandum*, dein succedunt *Sermones* aliquot de Natali et Passione Domini, et Miraculum S. *Marci*, et tum demum, certe Librarii errore, haec formula: *Explicit summa magistri alani de arte predicandi. Finitus est sabbato post festum sancti Jacobi apostoli maioris In Anno domini ab incarnatione eiusdem Millesimo Trecentesimo. LX. IX.*

VI. fol. 259. p. 2. *Sermones* III. Prior de Spiritu S. in illud: *Paracletus spiritus sanctus. Job. 15. In verbis istis circa missionem s. s. tria tanguntur &c.* Alter Dom. XI. post Pentec. in illud: *Aperte sunt aures eius &c. Matth. 7. In istis uerbis describuntur duo &c.* Tertius de extremo Judicio in illud: *Tunc videbunt filium hominis in nube &c. Luc. 21. Postquam in precedenti sermone de libris eterni iudicis diximus &c.*

CCCCXXXI.

923 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 222. 4. probe scriptus et rubricis distinctus Partes *Scripturae sacrae per Quadragesimam* in Ecclesia legi solitas exhibet, ita exaratas, ut inter lineas locus relictus sit *Commentariis*, qui caractere minori inferuntur. Initium ductum est a die *Cinerum* hoc modo: *Imutemur habitu, in cinere et cilicio ieiunemus et ploremus ante dominum. Ubi Commentarius: Hijs verbis*

*omnes generaliter invitamur ad penitentiam, que principaliter in quadruplici consistit opere prout uerbis propositis demonstratur &c. Job. Hussi* Opus est, ut dictum Cod. praeced. quem consule; sed hic plenius, et desinens in *Domini Passionem e IV. Evangelistis* concinnatam, quae legitur etiam in *Opp. omn. edit. 1715. T. II. p. 8. Glossae bohemicae* per totum vagantur. Ad calcem adduntur: *Sermo de Resurrectione* in illud: *Resloruit caro mea. Ps. 27. imperfectus. Expositio Antiphonae Regina Coeli, et Contemplatio* Passionis Dominicae, quae incipit: *Postquam perpendo iniuriam que facta est Christo nocte hac &c.* quam pariter inchoatam destituit Librarius.

CCCCXXXII.

Codex chartaceus lat. Sec. 922 XV. Folior. 236. 4. ab una manu in Bohemia exaratus et rubricis distinctus continet sequentia: I. *Incipiunt dicta Magistri Johannis de Hussynecz contra Cruciatam fulminatam per johannem papam viceissimum tertium in ladislaum Regem napulie* (Neapolis s. Apuliae) *cum suis complicibus Anno domini M. CCCC. XIII.* Initium: *Triplici ratione ad presens negotium urgeor &c.* Nihil hoc negotium ad *Hussum*. Tractatus iste alias etiam *de Indulgentiis* inscribitur, extat edit. *Opp. 1715. T. I. p. 215.* Vide et *Indicem.*

II. fol. 21. p. 2. *Sequitur alia Replica in secundo actu Magistri Joban-*

H h 3